



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

28. Irenaeus Episcopus Lugdunensis Galliae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

*Eusebius dixit, monstrans quis munere dignus,
Præfulis est sancti presbyteriq; p̄y.*

27. CAPITE 16. APOLLINARIS
de Marcionistis, qui præter cæteros er-
rores. duos deos finxerunt, alte-
rum autorem mali, alte-
rum autorem boni.

QUæ potest esse apud eos martyrij veri-
tas, vbi Christi veritas non est?

„ *Gloria martyrij nulla est, sed demonis astus,*
„ *Verbi vbi defuerit gloria vera Dei.*
Marcio, sic falsa impugnant tua dogmata Christi
Verbum, quæ paucus sic memorare libet:
Principia asseruit vanus duo Marcio rerum,
Aeternos pariter, numina vana, Deos.
Alter, ait, Deus est spaciosi conditor orbis,
Causa mali, legem qui dedit ipse malus.
Alter is est, nobis Gnatum qui misit in orbem,
Qui Deus in Gnato sustulit omne nefas.
Quosq; Deus sanxit thalamos damnauit honestos,
Stuprator patriæ virginis ipse suæ.

28. IRENAEVS EPISCOPVS
Lugdunensis Gallia.

HAEC quæ à pueris discimus, cum ipsa
anima coalescunt, & inhærent ei. Ita
multò

multò magis mihi temporis rerum gesta-
rum inhæret memoria, quàm præsentis.

Altius insidunt animo q̄, reposta manebunt, 22

Quæ primo à teneris imbibit ore puer. 22

Quæ puer excepi Polycarpi tempore, inhærent

Certiùs, his multo quæ modò discio senex.

Hæc sancto felix Irenæus protulit ore,

Claruit auditor qui Polycarpe tuus.

29. S. POLYCARPVS CVM AV-
diret voces blasphemias in Deum, & spar-
gi falsa dogmata, & designatum esse
grande aliquod facinus, so-
litus est dicere:

DEus bone, in quæ tempora me reser-
uasti, vt hæc audiam?

Blasphemias quoties voces audiret, & igens

Flagitium admissum, sic Polycarpus ait:

O Deus, in quæ me seruasti tempora viuum,

Vt feriant aures crimina tanta meas? 22

Sic pius exclamat martyr, quo tempore longè 22

Iustitiæ maior cultus in orbe fuit.

Diceret heu nostro sanctus quid tempore martyr,

Quoruit in quoduis impia turba scelus?

30. Idem